Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sicut scriptum est in libro sermonum ysaie
prophete. Vox clamantis in deserto. Parate viam
domini. rectas facite semitas eius. Omnis im
plebitur vallis. et omnis mons et collis humi
liabitur. et erunt prava in directa. et aspera
in vias planas. Et videbit omnis caro. sa
lutare dei. Dom. iiii. Ad philippenses.

Fratres. Gaudete in domino semper. iterum
dico gaudete. Modestia vestra nota
sit omnibus. dominus enim prope est. Nichil sollici
ti sitis. sed in omni oratione et obsecratio
ne cum gratiarum actione peticiones vestre
innotescant apud deum. Et pax dei que ex
superat omnem sensum. custodiat corda vestra.
et intelligentias vestras. in xpo ihesu domino nostro.
Hillo. t. Miserunt iudei Iohanne.
ab ierosolimis sacerdotes et levitas ad io
hannem. ut interrogarent eum. Tu quis es.
Et confessus est. et non negavit. Et confessus
est. quia non sum ego xpc. Et interroga
verunt eum. Quid ergo. Helyas es tu. Et dixit.